



00 Kp
8

2948
Gm



Μὴν Οὐρανὸν ἀρχιτέταρον Τειμευγίστην !

285
SENSU ET AUTORITATE AMPLISSIMI,
IN ILLUSTRIS ET PERANTIOVA ELECTORALI AD
HIERAM ACADEMIA, SENATUS ASCLEPIADÆI.

SUB

PRÆSIDIO

Viri Nobilissimi, Excellentissimi atq; Experientissimi

DN. JOANNIS PHILIPPI
EYSELII,

Med. Doct. Facultatis Med. Assessor. ac Pathologiæ &
Praxeos Profess. Publ. Ordinarii, P.L.C.

Domini Patroni & Promotoris sui æternùm
devenerandi

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

DE

NYMPHOMANIA

PRO

LICENTIA

*Summos in Arte Medica Honores, Insignia ac Privilegia
Doctoralia, more Majorum solenni ac legitimo capessendi*

Publicæ φιλιατρῶν disquisitioni proponit

JOH. GOTTFRIED NIETNER,

Hall. Sax.

IN AULA COLLEGII MAJORIS,

Ad diem (6. Octobr.) 26. Septembr. c. l. l. c. XCIV.

Horis consuetis.

ERFORDIÆ, Characterẽ KINDLEBIANO.

CONSISTIT ET AUTORITATE AMPLISSIMI
IN KLUSRI ET PRAETORIA ELECTORALI AD
HIERAM ACADEMIAM SEPTUUS ACADEMIAE

FRASIDIO

DR JOHANNIS PHILIPPI
EYSELLII

Med. Doct. Praefectus Acad. Theol. et Philosoph. &
Praesep. Publ. Ordinar. P. L. C.
F. O. H. I. S. T. O. R. I. A. I. N. A. L. I. Q. U. A. M.

DISSERTATIONEM IN HONOREM

NYMPHOMANIAE

LIBELLULA

Authore JOHANNI PHILIPPO EYSELLII
Med. Doct. Praefect. Acad. Theol. et Philosoph. &
Praesep. Publ. Ordinar. P. L. C.

JOH. GOTTFRIED NIETNER.

IN AULA GOTTICHA NAUORII

ERKORDE, CANTOR KINDESIANO.





B. C. D.

PROOEMIUM.



Umanam vitam innumeris ærumnis ac miseris circumvallatam non immeritò HERACLITUS deploravit, nec sine causâ, hominem totum à nativitate morbum esse, dixisse videtur; Homo enim vix cum sit natus, dentire, vagire incipit, imò in ipso utero adhuc latitans materno variis ægri tudinibus est obnoxius, nascendo enim moritur & singulis momentis huic infat mortis periculum. Si verò unquam miseria hominis

A 2

minis

minis lugenda venit, certè in eo maximè deploranda erit, quando nobilissima hominis pars, Mens nimirum, quâ solâ homo à reliquis brutis ac animantibus differt, laborare incipit, quâ læsâ sæpiùs tam funesti oriuntur morbi, quibus homo præter voluntatem ad hoc vel illud faciendum impellitur, imò cogitur. Hinc sapientissimos interdum homines amoris cestro agitados fuisse legimus, quippe qui cogitationibus suis venereis & lascivis inhiantes ac indulgentes, abjectâ atque exutâ quasi mente ac rationi, ex animali rationali, in brutum ratione penitus destitutum conversi, ac furiosas actiones edentes, visi fuerunt, dum nihil magis curæ habuerunt, & anxie quæsi verè illud, ad quod à suo obscenò & illicitò instigati amore, qui interdum adeò vehemens deprehenditur, præsertim in Virginibus & Viduis, ut hæc passio fulminis instar ad omnem libidinem præcipientes reddat, donec tandem miserimè vitam cum morte commutaverint. Cujus rei evidentissimum exemplum deprehendimus in affectu satis horrendo, sexui sequiori familiari, qui **NYPHOMANIA** dicitur, quò in morbo ægrotrans bestię lascivæ similior, quàm homini rationali conspicitur. Neminem enim ut judico amplius latere nequit, quomodo rectum rationis iudicium

hic

hic morbus evertere, ac numerosissimâ horrendorum symptomatum cohorte ægrotantes miserrimè torquere soleat, & quidem adeò vehementer ut omne remedii genus respuens, ipsius Herculis operam pro sui remotione exigere videatur. Hujus igitur exacta notitia ac curatio cum adhuc intricata ac difficilis sit, non inconcinnum, sed potiùs utilissimum esse judico, si hunc affectum periculosum locò Disputationis inauguralis Amplissimi Medicorum Ordinis consensu publico Eruditorum examini sistam. Selegi autem hancce materiam, non ut irritamentum mali offeram, multò minùs ut verecundiæ leges transcendam, minimè ut castis oculis aut auribus non parcam, sed ut affectum, rarius ventilationi Eruditorum subjectum, cujusquè cognitio Medico summè necessaria. Antequam verò me ad ipsam rem accingam, DEUM TER OPTIMUM MAXIMUM, omnis sapientiæ ac eruditionis Fontem atquè originem ac Autorem omnis Medicinæ ardenter imploro, ut hosce meos mentis oculos Spiritus sui Sancti gratiâ ita illuminare velit, quò tandem ad diu exoptatum veritatis portum feliciter pervenire possim, Is quoque in posterum studia mea ita dirigere velit, ut cedant in Nominis sui divini gloriam proximi emolumentum, propriamque salutem!

Th. I.



Thef. I.



Um juxta PLATONEM nominis disquisi-
tio fit principium doctrinæ, ipsius examinationem
prius, quam ad alia accedam, necessitas simul ac
utilitas postulare videtur. Nymphomania itaque
nomen nonnullis derivatur à vocabulo Græco
νυμφη vel *νυμφων*, quod vocabulum Latinis Spon-
sus, nonnullis verò cubiculum nuptiale vocatur, in quo proprie
sponsus & sponsa versantur, alii à vocabulo *νύμφη*, quod Græcis signi-
ficat subsultantem carunculā circa genitalia mulierū sitam, quæ Ana-
tomicis Nympha & Clitoris audit, cum quibus & nos jam facimus, o-
riginem secundo mutuatur à vocabulo *μυρία*, quod Latinis furorem
vel insaniam mentis denotat, & quidem talem, ubi videlicet mens
tranquillitate & constantiā vacua est, atque sic perturbatam men-
tem totius economiæ humanæ sequitur ruina. Aliis dicitur Furo-
uterinus seu *ὄστρεπυα*, uteri deliramentum, multi enim cum
PLATONE crediderunt, uterum esse animal Furibundum; Alii
iterum vocant Priapifinum feminarum, alii iterum melancholiam
mulierum uterinam, nonnulli orgasmum spermatis muliebris, aliā
iterum uterini spiritus plastici furorem & excandescentiam. GE-
ORGIUS BERTINUS CAMPANUS in Medicina sua vocat pri-
apifinum seu uteri insatiabile & petulans coitus desiderium, quod
nullā Venere extingvatur, sed ob mutuam fricationem humorum
fluxum irritantem, augeatur, de quo affectu PLUTARCHUS scri-
psit, quod hōc laborantes Virgines ac Fœminæ se suspenderint, eo
quod improbæ Veneri non offerre possent sacra; Quinimò Historici
de mulieribus Lugdunensibus tali morbo laborantibus referunt,
quod ex nimio coeundi desiderio in fluvios sese præcipitaverint.

Ger.

Idi

Imprimatur



Germanis hic affectus dicitur die Mutter-Wahnsucht oder Tobesucht/
Das Mutter-Wüten.

Thef. II.

Rem ipsam videre nunc methodus requirit, quæ optimè in definitione explicatur. Ponimus verò sequentem: Nymphomania est delirium, cum immani Veneris appetitu, ortum à spirituum animalium ad partes genitales, præcipuè verò ovarii ovula & interdum clitoridem furiosâ ac impetuosâ irruptione & orgasmo.

Thef. III.

Genus posuimus delirium, licet verò hoc differat ab aliis delirii speciebus, v. g. phrenitide, paraphrenitide, melancholiâ hypochondriacâ &c. quoad symptomata diversa, nihilominus tamen ut in aliis, ita quoque in hac delirii specie nempe Nymphomania, cerebrum & in hoc contenti spiritus animales primariò afficiuntur, quanquam per consensum nec idiopathicè. Quod autem alio planè modo afficiantur spiritus, ipsa quotidiana experientia optima rerum magistra abundè comprobat, dum aliæ cogitationes in phrenitide, pro varietate nimirum idearum animæ oblatarum formantur, aliæ quoquè in hoc affectu observantur, hoc enim laborantes Virgines vel fœminæ, non nisi de rebus veneris, lascivis & obscœnis loquuntur, atquè Veneris exercitium avidè ac furiosè expetunt, quinimò Viros ad explendam Venerem petulanter invitant, id quod in aliis delirii speciebus non observabile.

Thef. IV.

Non incongruè ergò BLANKARDUS descripsit, quando hunc affectum vocat turpe & grave symptoma, quod Virgines præcipuè Viro maturas, per sæpe quoque viduas Venerem expertas infestare soleat, dum hæc pudore & verecundiâ omni abjectâ, nullâq; honestatis ratione habitâ, lascivis & obscœnis sermonibus delectantur, Venerem avidè & furiosè quasi expetunt, ad eam Viros invitant, iisque se prostituunt, omniâq; audent ea, quæ ad explendam Venerem facere possunt, nec tamen exfatiantur, sed magis magisq;

ad

ad Venerem stimulantur; hinc Veterum affectus uteri vel matricis, fervor dictus, à nostro planè differre in hoc videtur, quod in illo non voluptuosa, sed tristes admodum ac dolorifica percipiatur titillatio ac pruritus.

Thef. V.

Causa immediata seu proxima est spirituum animalium, intra globosam cerebri compagem, (ubi phantasiæ & memoriæ sedes) irritatio ac tumultuosa confusio, dum nimirum variæ imaginationes & memoriæ species simul concitata, invicem confunduntur, phantasmata tantum absurda & incongrua, animæ rationali obijciuntur, proinde intellectus tum voluntatis actus solummodò inordinatè eliciuntur; quemadmodum nempe in cerebro rectè disposito spirituum animalium motus, certis quasi numeris & modis veluti in tripudio peragitur, dum spiritus in his tractibus quidam fuscitantur, alii in istis quiescunt; ita in delirio spiritus simul omnes exiliunt, & sibi invicem tumultuosè occurrantes, aut se variè proprietas, velut choreas bacchantium agunt. Porro, quemadmodum hi intra cerebri compagem amoris vel furoris æstro perciti cogitationes multiplices & valdè perturbatas cient, ita dum extra hujus confinia in originem nervosam feruntur, loquelam incongruam, corporis & membrorum gestus absurdos, & non rarè motus convulsivos producant, talisque orgasmus non prius cessat, donec concepta idea spiritibus impressa interempta sit.

Thef. VI.

Causæ mediata, quæ spiritus animales ad furorem concitare, rectumque rationis iudicium evertere possunt, sunt variæ, quæ ab Autoribus recensentur, quas inter principales erunt continuus pruritus ac inflammatio tum ovarii muliebris, cum quoque genitalium muliebrum, in specie verò clitoridis, vel quod perinde, liquoris crystallini in ovulis turgescencia & accensio: Quemadmodum enim naturalis pruritus & titillatio efficiunt Veneris appetitum modicum, ita quoque continua ac immodica partium genitalium irri-
tatio

ratio ac pruritus continuum Veneris inducunt desiderium, adeo vehementer, ut huic resistere non possint, sed sine intermissione de Venere cogitent & loquantur, proinde hoc malum indies succrescens spiritusque animales in furorem rapiens rectum ratiocinationis exercitium laedere solet.

Thef. VII.

Hæc ut eò melius intelligantur, nonnulla ex Anatomicis repetenda huc veniunt, nempe ovarii & Clitoridis ac genitalium muliebrium naturalis constitutio, quæ perspectâ præternaturalis tanquam priori contraria, haud difficulter elucescet.

Thef. VIII.

Per Anatomem verò constat, testium muliebrium substantiam tam in homine, quam in brutis esse membranofam, in qua reperiuntur innumera vesiculæ crySTALLINO liquore turgescentes, quarum quælibet peculiari tunica est dotata, neque cum alia cohæret, quæ nunc majores, nunc minores in specie humana pisi quantitate inveniuntur, hæ dictæ vesiculæ sunt revera tot ovula generationi dicata. Ovula hæc perfecta circa pubertatis tempus limpido turgescencia liquore, solent nimium quantum distendere testes, exitumque sui quærentes ac non inveniētes, motu suo intestino inflammantur, atque continuo præterfluente sanguini affluentibusque spiritibus animalibus violentum ac concitatiorem motum imprimunt, tandemque reliquos spiritus accendunt, ac propter continuitatem nervorum eodem planè modo ac in diaphragmatis inflammatione totum nervosum systema irritant ac denique delirium causantur.

Thef. IX.

Præter verò hæc ovula propriam nempe sæminæ genitivam, observatur ulterius in iis liquor seu lymphæ quædam feminalis, in glandulis vaginæ elaborata, cujus excretionem non tantum ipsæ mulieres percipiunt in congressu, utpote in
 B cujus

Cujus excretionē primaria earum voluptas consistit, & cujus præternaturali effusione gonorrhœæ obnoxia sunt, ejusdem verò retentione furore uterino corripuntur ac nimis salaces fiunt, hujus rei exemplum evidentissimum refert Clarissimus BARTHOLINUS *Cent. 2. Hist. 69.* de maniacâ muliere ex SYLVATICO, quod per plateas ambulans de rebus Æis semper loquens, obvios viros aggressa sit, in qua seminalis humiditas diutius retenta & putrefacta, halitus ac vapores malignos ad cerebrum transmissit, unde hæc mania oborta fuerit. Hujus liquoris putrefactionis ac malignæ qualitatis etiam GALENUS facit mentionem, verum per semen muliebri intelligit lympham modò dictam seminalem quam in testibus mulierum generari credit; hoc videns RIOLANUS, in *Encheiridio Anatomico l. 2. c. 38.* satis clarè contrarium demonstrat, quando dicit: Testes muliebres aliter, sunt conformati ac Virorum, carent enim epididymide, unicâ vestiuntur tunicâ, substantiam habent mollem ex pluribus vesiculis conflata, in quibus ferofus humor continetur, qui solet erumpere in faciem secantibus, nisi caveat. Et GEORGIUS BERTINUS simili modò humorem album pituitosum Æsum in uteri cavitate stantem ac continuò ad Venerem irritantem & stimulantem accusat, quocum consentire possumus, si liquorem in glandulis vaginæ elaboratum intelligat, si verò liquorem hunc in ovario elaboratum intelligere velit, tunc recedimus à sua sententia.

Thef. X.

Hujus verò liquoris seminalis uti & orgasmum spiritus genitalis in ovulis contenti ad Nymphomaniam inducendam sufficere, ex historia BARTHOLINI in Thefi 9. memorata, satis superque patet, imò talis orgasmus in brutis similiter certò tempore evigilare solet, ita ut quoquè ex genitalibus quotannis singularis liquor profuât, qui in felibus, canibus, tauris & cervis & hirco orgasmum spirituum causari solet, imò in
per

per multis animantibus odore se prodit. Ovarii verò organum quod attinet, de hoc BLANCKARDUS in *Anatomia sua Practica rationali Cent. 1. obs. 99.* exemplum refert de virgine furore uterinò laborante adeò vehementer, ut catenis alligata ex improviso intra paucos dies demortua sit. In hujus cadaveris apertione invenit ovarium muliebri magnitudine pugnae, ovulaque per magna crystallinò liquore turgescencia. Idem in Collectaneis suis Medico-Physicis adhuc aliud exemplum enarrat de Matrona furore uterinò derepentè demortuâ, in qua post mortem testiculum dextrum magnitudine pugnae atque liquore genitali turgidulum invenit, cujus ova a spermate mariti fecundari non potuerunt. Proinde CASPARI BARTHOLINI filius Thomas in *Epistola sua Anatomica de Ovaris mulierum pag. 46.* accuratè, nec citra rationem, per motus videlicet supra dictis rationibus, duplex semen mulierum statuit, unum nempe ad voluptatem, alterum ad fecundationem.

Thef. XI.

Nunc etiam disquirendum, in quo consistat immanis iste Veneris appetitus ac pruritus seu voluptuosa titillatio in clitoride. Hic ergò ex Anatomicis monendum, quod clitoris sit pars corporis maximè exilis, in multis tamen peni virili valdè analoga, constat enim duplici nervo ut in Viris, oritur bifurcatò principiò ab osse utroque pubis, atque in utroque principio musculum satis manifestum, parvum tamen pro magnitudine partis habet; Ad sunt praterea vasa per dorsum currentia, quemadmodum in virili membro, desinitque in quoddam extremum, quod ceu glans videtur & pelliculâ quâdam tegitur veluti præputiò. Alii quatuor musculos clitoridi tribuunt; duo ab interno tubere ischii, duo à musculo sphinctere ani, ad latera pudendi proreptant in clitoridem eamque erigunt. Hujus clitoridis à Veteribus Anatomicis Nymphæ nomine venientis usus est, pudenda, ne collabascant, sustinere, & torpentem

tem Venerem excitare; hujus verò glans, quoniam acuto ac perceptibili sensu prædita est, non immeritò ab Anatomicis amoris dulcedo & ꝑis œstrum salutatur.

Thef. XII.

Quemadmodum verò in statu naturali spernendæ est exilitatis, ac magnitudinem uvulæ in faucibus ordinariè superare non observatur, nihilominus tamen in Tentigine adeò in nimiam molem excrescere solet, ut ad magnitudinem penis virilis extensa observata fuerit, qua de re vid. supra citatus BARTHO-LINUS in historia sua Anatomica cent. 3. hist. 69. in qua sequens exemplum enarrat, dicens: Spernendæ exilitatis in junioribus clitoris conspicitur, nec multum auctior in adultis, sæpè tamen membri virilis æmulatur longitudinem. Venetiis scortum erat satis notum ac familiare Italis meis Amicis, cujus clitoris ossea extans amafios in amplexu impedièbat, lædebatque, ut sæpius inflammatione obortâ, Chirurgorum imploraverint auxilium, à multis tamen ob formæ elegantiam visitabatur quotidie.

Thef. XIII.

Rarum exemplum observavit PLATERUS in Matrona quâdam, in qua Nympha seu clitoris in tantam molem & magnitudinem brevi tempore adeò excrevit, ac denique in carnositatem spongiosam cute infectam venisque obsitam degeneravit, ut collum anserinum & crasitie & longitudine adæquaret, quæ circa radicem in pudendo attenuata, indeque ampliata dependebat. Sic AMATUS LUSITANUS in Consiliis suis refert de duabus turcicis Thessalonicensibus, quæ juxta hanc particulam etiam erectæ, mulieres virorum instar in venerem ruentes, mutuis coitibus incubis ac succubis sese polluerunt. Ita quoque de Africanis mulieribus scribunt Historici, quod cum nuptis, quarum mares in pugna ꝑeâ debiles sint, Venerem cum iis exerceant fricatricum auxilio.

Thef.

Thef. XIV.

Clitoris ergo nimium quantum tumefacta atque inflammata, quemadmodum & ovarium à liquoris seminalis fermentatione nimis turgidum, spiritus animales mirificè afficere, irritare & ad pruriginosum furorem concitare possunt; spiritu enim insito ac turgido irritato, facile & reliqui in consortium trahuntur, quibus inflammatis rebellibus furientibus & quasi igneis factis, toti œconomia humana, in specie post animam organisi rationi inservientibus plerumque ruinam minitari solent.

Thef. XV.

Spiritus verò ac humores præsertim biliiosi ac interdum nimis corrosivi in Nymphomania laborantibus à venereo orgasmo igneam quasi naturam induere, nobiscum comprobare videtur, *Clarissimus* JOHANNES MAIJOVIUS, *Medicus Londinensis* Celeberr. in operibus suis Medico-Physicis pag. 354. sequentibus verbis: Si particulae Sino-Ææ ob summam tenuitatem suam, aut propter meatus cerebri nimis patulos seu obstructum sanguinis nimis intensum in cerebrum irrumpant, spiritus animales in motus inordinatos concitantur, ac œconomia animalis valde perturbatur, uti in ebrietate. Quippe liquores Ære volatili referti, veluti spiritus vini aliique vegetabilium oleosi chymicâ arte præparati, nimis properè ingeffi, morbos prædictos haud rarò inducunt. Pergit ulterius: Huc spectat observatio non semel à me facta. nempe quosdam noveram paroxysmis veluti maniacis & insuper convulsionibus corripi solitos, quorum sputum, dum istiusmodi paroxysmis laborarent, igni immissum instar olei seu potius pulveris pyrii ritu in flammam prorumperet. Nimirum probabile, in dicto casu particulas sanguinis Sino-Ææ adeo evectas esse ut in cerebri recessus irrumperent ibidemque spiritus animales in motus inordinatos concitarent, quæ particulae cum spiritibus nimis diu effervescentes, indolem atrabilariam malignam acquirere ac

immediatam causam manix ac melancholix subministrare solent.

Thef. XVI.

Symbolum quoque suum in hoc addere videtur *Clarissimus* SEBASTIAN WIRDIG, in *Medicina sua spirituum c. 3. lib. 2. §. II.* quando ita scribit: Deliria præsertim ea, quæ conjuncta sunt cum atrocità, ortum habent ex nimia caliditate & igneitate, qualia sunt maniaca & phrenetica. Calidatem vero hanc prodit calida corporum delirantium constitutio, quæ tam ignea est, quod in claustris & domunculis publicis custodiantur, hybernium frigus, & sæpè quidem nudi multos annos sine ulla corporis læsione & offensione ferant, & quod mirandum, non frigere, sed calere in medio frigore hyberno deprehendantur. Levia vero & mitia deliria sunt & oriuntur ex spiritibus, qui à peregrino fermento tumultuariè moti, animæ multa sine ordine absurda incongrua & minimè cohærentia offerunt objecta, de quibus oblati mensilicò judicat; quemadmodum hoc patet ex ebrietate, in qua ideæ variæ animæ offeruntur & quidem adeò vehementer, ut semel impressa idea non tam faciliè deleri queat, ex momentanea enim idearum conceptione in gravidis mulieribus variarum rerum v.g. murium, ceraforum, mororum, uvarum &c. figuræ, post enixionem infantibus impressa quoad colorem ac magnitudinem conspiciuntur, imò vix ac ne vix quidem omni licet adhibitâ operâ eradicari possunt, ut taceam à talismodi fortissima impressione & ideæ peregrinæ conceptione manus ac pedes in infantibus detruncatos observatos fuisse. Sic quoque ex potulentis calidis v.g. spiritibus vegetabilibus nimium assumptis spiritus nostri inordinatè moti hominem reddunt vertiginosum, tremulum, titubantem, cantantem, saltantem, ridentem, stentem, delirantem, prout videlicet corporis nostri spiritus diversimodè moventur & specificantur.

Thef.

Thef. XVII.

Ex causis Non naturalibus hoc malum exasperare solent Aër calidus, siccus atque serenus, propter quem mulieres potius æstivali, quam hyemali aut aliò tempore ad Venerem incitantur. Hinc in Gallia fœminæ, quæ fruuntur Aëre subtiliore & calidiore, & quibus insimul natura solitò majora genitalia concessit seu ovaria, magis præ aliis ad hoc horrendum symptoma proclives sunt. Alimenta calida acria salita, aromatica v. g. piperata, zinziberata, aliaque sem stimulantia, e. g. esus cochlearum, cardui sativi, succolata præbè piperata & aromatizata, venerem valdè stimulare spiritusque animales magis magisque ad inordinatos & furibundos motus excitare possunt, uti & SENNERTUS observavit, quod vinum Hippocraticum, in quo borra fuerit solutum, quasdam fœminas in hunc affectum præcipitaverit.

Thef. XVIII.

Non vero excludimus hæc peculia amatoria philtrea dicta, quæ ab Authoribus amorem conciliare judicantur, ex quorum numero hyoscyamus, antirrhinum, mandragora, solanum furiosum, Coriandrum recens, hippomanes, primum locum obtinent. Triplex autem ab Autoribus statuitur hippomanes 1. plantula quædam Arcadiæ dicitur quæ filix vulgo esse æstimatur. 2. Alterum est spuma genita in equæ inguine; 3. pellicula, quæ revellitur à fronte pulli equini recens editi, qualem pelliculam cum CÆSONIA CALIGULÆ in potu porrexisset, eum amore insanò tentatum obiisse, mortem notant SVETON. & JUVENAL. Ita quoque in JOHANNIS BAPTIST. PORTÆ NEAPOLITANÆ. lib. 3. pag. 144. de mandragora dicitur, quod devorata usum rationis intercipiat ac sensus lædat. Mentionem quoque facit NIERENBERGIUS,

in histor. natur. cap. 7. alicujus fruticis, qui herba verecunda dicitur & amorem conciliare fertur. Huc pertinet cor columbinum, sanguis menstruus humanus cum leporino mixtus, sperma viri, secundina humanæ, umbilicus infantum, testiculi animalium salacium, cerebrum mustelæ & felis. Hæ omnes recensitæ species spirituum motum vehementer alterare quidem possunt, sed ut determinatæ alicujus personæ amorem excitare possint, negamus; quin potius statuimus, quod furorem inducant, & si præter hæc amorem concilient, concurrant artes magicæ seu diabolicæ, quibus unicè ea vis adscribenda venit. De his igitur GVILIELMUS MAXVELLUS, *in Medicina sua Magnetica* optimè judicium fert, quod abigendi procul sint illi, & ut venefici puniendi, qui talibus nefariis mediis ad amorem procurandum uti audent, virtutem enim amatoriam in sanguine non residere, testantur animalia rapacia sanguinem avidè bibentia benequè digerentia, non tamen in amorem horum, quibus vescuntur, rediguntur.

Thef. XIX.

Huic affectui insomnia varia & quidem de rebus venereis, quin & vigiliæ frequentiores ansam præbent, sicuti & vita otiosa, de quâ Poëta canit:

Otia si tollas perire cupidinis arcus,
qui etiam pereunt nimis laboribus, quo pertinent choreæ nimium adhibitæ, præsertim ubi amores ficti accedunt ac blanditiæ amantium, discursus de rebus venereis & lectio librorum similium.

Thef. XX.

Motus nimius idem efficit, spiritus volatiliores ac in motu concitatiores reddit, ita ut particulæ activæ ac mobiles ex sanguine facillè extricentur, sicque spiritus ad inserviendum menti minus apti reddantur. Iræ quæ nimium indulgent, facillè evadunt maniacæ, præsertim, si ab ingurgitatione vini superv-

superveniente spiritus quasi accenduntur & in furorem cientur, hinc cerebri partes pulsantes maniam inducunt. Hi ^{us} animales si ab aliquo objecto externo determinantur & specificantur, tunc etiam similis imago representatur menti, ut sæpè hæc vel alia persona continuo hæc ob oculos versetur, cum revera ita se non habeat, non absimili modo, quemadmodum phrenitici aliiquæ ægrotantes sæpè putant, oculis ipsorum obvolitare muscas vel alia animalcula, quæ ratio est, quod eodem modo spiritus determinentur, uti antea determinabantur, cum animalcula essent præsentia, & sic menti eandem ideam representant.

Thef. XXI.

Proinde imaginationes rerum venerarum seu cogitationes libidinosæ vehementer animum commovent ac perturbant, dum personæ amantur, quarum amore frui non licet; inde diurnus nocturnusque labor ac cura fruendi & explendi cupiditatem; cum ergo desiderii participes fieri non possint, quid impedit, quo minus spiritus animales inquieti reddantur ac irregulariter moveantur, quibus impetuosè motis massâ sanguinea simul turbatur, effervescit in corde & arteriis, ac tamdiu durat hæc furor, usque dum concepta idea fuerit deleta.

Thef. XXII.

Excretiones consveta mensium in plethoricis si remoram in corpore humano ponant, eundem obtinebunt effectum, HIPPOCRATE enim docente non solum fiunt melancholicæ resistente menstruâ purgatione, idque multò magis, si uruntur amoribus. Addit verò HOLLERIUS, dum dicit: Idem quoque viduis accidere consvevit, dum curis & mœrore animum conficiunt. In his enim ex vehementi animi motu cerebrum laborat atque infirmatur à liquoris nempe seminalis fermentatione & turgescentiâ. Et REGNERUS de GRAAF, *Treatat. de Organis Mulierum* idem asserere videtur, dicens: Gonorrhœam

eroticam ac priapifimum ſæpiùs experiuntur mulieres, dum femine nimirum implentur partes genitales, libidinis ergo ſtimulo ita agitata, furias ſæpe ac rabiem concipiunt, quæ ſymptomata ſeminis excretionem ceſſant. Affert ſimul locò probationis exemplum de ruſtico ex WIERO, qui filiam ſuam Amaliſio clam indulgere cum animadvertiſſet, ipſam congruè vinculis obligatam caſtravit, ut erat fortè ſues fœminas caſtrandi peritus, unde Nata amoris & libidinis oblita, rei tantùm domeſticæ ſedula deinceps operam navavit.

Theſ. XXIII.

Ex cauſis naturalibus ætas juvenilis, pubertatem & veneris delicias experta, potiſſimum verò ovulorum nimia magnitudo, ac in his cryſtallini liquoris ſeminalis ſpirituofi copia, propter quam abundantiam majorem percipiunt voluptatem ac prurimum, & ita magis ſtimulantur ad ſem. Ex cauſis verò præternaturalibus accuſamus tentiginem ſeu mentulæ muliebris in nimiam molem excreſcentiam ac prurientem inflammationem.

Theſ. XXIV.

Differentia, quæ inter noſtrum morbum alioſquè intercedere ſolet, in variis conſiſtit, ita ratione furoris differt à melancholia, quæ eſt delirium cum mœrore & triſtitia. Ratione abſentiæ febris à phrenitide quæ dicitur delirium cum furore & febris. Ratione originis à philtro-mania, it. ab hydrophobia & lycanthropia, illa à morſu animalis, hæc per morſum lupi rabioſi inducitur. Deinde differt quoquè à furore Protreptico, quem Muſæ & literarum ſtudia nimia pariunt; in noſtro verò morbo furor Eroticus ſeu Erotomania vel Nymphomania, quæ dicitur delirium cum furore ab immoderato amore excitatum.

Theſ.

Thef. XXV.

Cognoscitur autem hic affectus ex sequentibus signis diagnosticis & symptomatibus : Incipientem Nymphomaniam non nisi ex conjectura hariolari licet, interdum tamen ex instabili animo, tristitia, mœrore, interdum risu nimio, nonnunquam lacrymis, præsertim si sermo instituat de amore aut se, aut personâ aliquâ gratâ, amabili, ubi statim observabis oculos acriter splendentes ac volubiles, in horas mutabiles; si non possunt participes fieri personæ, tristantur; Si verò mentio fiat rei veneræ, rident immodicè, & si malum altas radices egerit, proferunt discursus reos impudicos, fricant genitalia ac delirant, viros invadunt ac osculis excipiunt & quod intus urit, gestibus ostendunt, ac melancholicarum instar varias sibi efformant cogitationes ac Imaginationes; adeò invaluit non nunquam in quibusdam, ut Viros in conspectu omnium ad congressum provocent. Tempore furoris de nullo conquerrunt dolore secundum APHORIS. HIPPOCR. qui dolent & dolorem non sentiunt, iis Mens laborare dicitur, in remissione tamen potissimum ante furoris exacerbationem de infimè ventris dolore & gravitate conqueruntur. Accedit & hoc quod familiare quoquè his sit ægrotantibus, ut intentionem sese strangulandi frequenter habeant, quemadmodum experientiâ notum est, forte quod uteri strangulatio facillimè incidere possit, quam ob causam suffocationis species frequentius phantasiz perturbatz sese offert, ut laqueo mortem veluti quoddam bonum expetat ægrotans.

Thef. XXVI.

Ratione prognoseos maximè deplorandus est hic affectus, præsertim in familiis honestioribus, ubi jam inveteratus & ferme incurabilis existit. In principio ergò si hic affectus nondum altas radices egerit, curatu non est difficilis, Si verò diutius duraverit, in rabiem mutatur. Licet verò nulla mania tuta sit



fit & Nymphomania non semper fit lethalis, nihilominus tamen satis periculosa ac curatu difficilis erit, si ægræ omnia respiciantur medicamenta, unde si ullo in morbo locum invenit illud ververbium:

Principiis obsta serò Medicina paratur
Dum morbi per longas invaluere moras.

certè imprimis in hoc casu maximè erit observandum, unde Medicus si statim in principio vocetur & adhibeat venæ sectionem, bonam reconvalescentiam citò sperandam esse, pronunciare potest. GREGORIUS HORSTIUS, in suis *Observ. Medicinal. lib. 2. Observ. 14.* exemplum refert de illustri Comitissa furore uterinò annuo spatio recurrente correptâ ac recidivam metuente & patiente. Tutius judicatur delirium, quod cum risu, quàm quod mœrore incidere solet. Si præterea somnus delirium sedat, juxta HIPPOCR. *aphorif. 2. f. 2.* pro bono signo habendum, indicat enim quous placidius moveri. Salutaris quoque sperandus est eventus, si huic morbo superveniant hæmorrhoides non excedentes, uti & mensium fluxus modicus, pro beneficio enim naturæ habetur talis eventus juxta HIPPOCR. *aphorif. 5. f. 3.* Tragicus è contra erit metuendus eventus, si nihil horum accidat, & non statim in principio accersatur Medicus, ægrotansque nulla assumat medicamenta vel desinat affectus in malum aliquod chronicum diuturnum, melancholiam gravem, atque tunc lethalis morbi erit expectandus finis. VALESCUS de TARANTA, *lib. 1. cap. de mania*, signa lethalia esse dicit, si in brachiis, manibus, pedibus vel in facie ulcera superveniant.

Thef. XXVI.

In curatione semper ad causas tam immediatam, quàm remotas respiciendum; indicationes verò operationes Medicas requirunt sequentes, 1. Materia peccans in primis viis hærens primo

primò evacuanda. 2. Sangvinis abundantia ac fervor, tam per venæ Sectionem diminuendus, quam per humectantia ac refrigerantia temperandus. 3. Seminis turgescencia inhibenda, diminuenda ac compefcenda. 4. Spirituum animalium motus ac furor coercendus sopiendus ac demulcendus. Denique topica in vehementiâ delirii agmen claudunt.

Thef. XXVIII.

Desumuntur verò auxilia & remedia ex triplici remediorum fonte, nimirum chirurgico, pharmaceutico & diætetico. Quod chirurgicum fontem attinet, ex hoc primum locum sibi vendicat venæ Sectio, quâ solâ sapius barbitonfores Castrenses empiricè maniacos & furore percitos curare solent; Requiritur verò iterata ac largior venæ sectio, si vires permittant, non verò temerario ausu absque ulla adhibitâ ratione debet svaderi, quemadmodum Galli nimis largam institunt venæ Sectionem, quale exemplum vid. in Dr. JOH. MICHAELIS, *Operibus Medicis & quidem Prax. Clinic. Special. cas. 22.* de virgine Gallicâ, quæ svastu Medici ab ultimâ trigessimâ primâ intutâ V. S. cum sanguine spiritus & animam efflavit.

Thef. XXIX.

De quantitate igitur monendum, quoties emittitur sanguis, eam copiam sanguinis respondere debere, ita quidem, ne vires inde decrementum capiant. HOLLERIUS præ aliis commendat venam malleoli, alii cephalicam, alii iterum cephalicam, alii iterum medianam, sanguis debet mitti ad $\text{ʒ}iv.$ vel plures. Judicamus autem delectum venarum parum emolumenti afferre, cum per inde fit, an vena brachii vel pedis scalpello vel lancettâ aperiatur. Circulatio enim sanguinis non habet peculiarem venam unam præ altera in eadem parte secandam. Si verò ægra abhorreat à V. S. cucurbitulæ cum scarificatione natibus vel humbis vel femoribus applicandæ. Si verò periculum



adfit, petitioni ægrotantis minimè locus concedendus, tunc enim Venæsectio præstantior erit.

Thef. XXX.

Fonticuli in cruribus applicati non minus afferunt levamen, quemadmodum etiam nonnulli summo cum fructu fetaceum vel vesicatorium cervici applicarunt, vid. GVILLEI - MUS FABRICIUS, *Cent. 1. Observ. Chirurg.* Si Clitoris nimis magna aliisque remediis pruritus nullò modò cedere velit, extremo malo extremum remedium opponendum, quo in casu amputationem RODERICUS à CASTRO proponit & quidem duplicem modum commendat: Primus est, si prope radicem Nympha crine equino vel filo serico intincto in ∇ a sublimati ξ ii ligatur, ac quotidie filum constringitur, usq; dum sponte decidat. Verum FELIX PLATERUS dissuadet huncce modum, quoniam semper subsequitur inflammatio, de qua profert exemplum, quod à simili manuali operatione incepta d sistere coactus fuerit Chirurgus in Matrona Nobili. Arteriotomiam tanquam periculosum remedium, nostratibusque Chirurgis minus usitatum nullò modò commendamus.

Thef. XXXI.

Per spectro nunc fonte Chirurgico ad Pharmaceuticum nos convertimus, ex quo primitus se offerunt vomitoria ac purgantia fortiora, habitò tamen semper respectu ad ægrotantis vires, ne nimium debilitentur. Prius autem ubi acidum simul peccat, absorbentia ac temperantia in usum trahenda, ab aliis digestiva dicta v. g.

℞. Matr. perl. ppt. \mathcal{H} . bezoard. \mathcal{J} al. Castor. aa. gr. v. M. F. pulv. D. S. Digestio-Pulver-Abends umb Schlasszeit zu nehmen.

Vel in forma liquida

℞. Anim. Rhabarb. Tinct. \mathcal{F} iaa. \mathcal{J} j. Malvatic. Juniper. \mathcal{Z} ij. M. D. S. Digestiv-Träncklein auff einmahl zu nehmen Abends umb Schlasszeit.

Vel

Vel in forma Syrupi

R. Syrup. rosar. solut. Cichor. cum Rhabarb. aa. ʒij. ocul. ʒ. ppt. ʒj. M. D. S. Digerirender Saft auff einmahl zu nehmen Abends umb Schlafszeit.

Præmissis hisce ad vomitoria seu purgantia progrediendum,

v. g.

R. ꝑi Emetic. Mynf gr. iv. Magister. gumm. gutt. gr. vij. ꝑi Glac. sacch. cand. alb. aa. ʒʒ. Ol. ʒ. citr. gutt. j. M. F. pulv. D. in charta. S. Brechpulver auff einmahl zunehmen in einem Löffel Bier oder Wein.

In obesis sequentes pilulæ commendantur.

R. Extr. Panchymagog. Croll. vel locò hujus extract. Helleb. nigr. ʒj. Refin. galapp. gr. vij. Magister. gumm. gutt. gr. v. sacch. hni. gr. ij. Di stat. gr. vj. Ol. ʒ. citr. gutt. ij. M. c. f. q. elix. uterin. Croll. F. I. a. pilul. nro. xvij. Conspargantur pulvere glycirrhiz. D. in charta S. Purgier-Pillen auff einmahl zu nehmen.

Cui arridet pulvis, sequens poterit præscribi.

R. Pulv. vegetab. laxativ. ʒʒ. ꝑi Glac. ʒʒ. ʒii dulc. gr. v. M. F. pulv. D. S. Purgier-Pulver auff einmahl zu nehmen.

Si huic pulveri addantur ʒx Nymph. ʒʒ. & Syrup. de Nymph. ʒiij. elegans & admodum grata fit potiuncula.

HÖFERUS in Medicationibus suis familiaribus sequens purgans in deliriis furiosis valde efficax ac proficuum invenit.

R. Elect. è succ. ros. ʒvj. Mann. elect. ʒiʒ. Extr. diacartham. ʒj. ʒx fumar. ʒj. M. D. S. Purgier-Trancf auff einmahl zu nehmen.

Thef. XXXII.

Apophlegmatizantia ut & curatio per ptyalismum instituta tanquam impertinentia remedia hîc dissuademus, siquidem per

per hæc non nisi humor salivalis elicitur & evacuat, nullo modo verò liquor genitalis in ovario turgescens, quin potius existimamus, quod humores peccantes & spiritus irritantes rapidius per salivationem ad cerebrum attrahantur, hinc potius morbi incrementum, quàm decrementum metuendum. Idem iudicium ferendum de Sialibus, utpote quæ potius torporem quàm horum furorem comescere valent.

Thef. XXXIII.

Post purgantia & venæsectionem ad humectantia & alterantia refrigerantia progrediendum, quæ fervorem & incendium humorum refranare possunt. Inter ea verò potiora erunt sequentia: Endivia, lactuca, portulaca, buglosa, Cichorium, nymphaea, semper vivum majus, acetosa, papaver album, fl. viol. & ros. acetum rosaceum; semina 4. frigida majora, camphora, saccharum hni, lapis prunella, succus citri, limonum, granatorum acidorum &c. ex quibus omnibus Medicus varias concinnare potest formulas e.g. sint sequentes:

℞. ∇. citr. ex tot. ꝑ. acetos. borrag. lactuc. Endiv. Ros. portulac. ana. ꝑ. Matr. perlar. præparat. ꝑ. magister. hni ꝑ. Tinct. ros. fl. papav. errat. ana. ꝑ. syrup. granat. acid. papav. errat. ana. ꝑ. laud. opiat. gr. iij. M. D. in fictili. f. kühlender Alterir
Franc/davon nach Belieben zu nehmen.

Cui placet emulsio, sequens erit proficua.

℞. Amygd. dulc. ambrosin. ꝑ. Semin. portulac. Cannab. papav. alb. an. ꝑ. M. C. f. q. ∇. fl. nymph. portulac. plantag. papav. errat. an. ꝑ. F. l. a. Emulsio. Colaturæ add. matr. perlar. præparat. ꝑ. magister. hni ꝑ. M. D. S. Sonderliche kühlende Milch/davon nach Belieben zu nehmen.

Emulsio sequens à multis Practicis laudatur.

℞. Semin. Cannab. ꝑ. lactuc. portul. aa. ꝑ. Semin. 4. frigid. maj. aa. ꝑ. M. C. f. q. ∇. fl. nymph. F. l. a. emuls.

emuls. edulcoretur parum cum sacch. ros. D. S. Kùhlena
de Milch/wider die Tobesucht/wie obige zu gebrauchen.

Nec minoris efficaciaz erit sequens Julapium.

℞. ∇ lactuc. fl. nymph. borrag. bugloss. ana. ℥iv. ∅. prunell. ℥ij. edulcoretur c. s. q. sirup. de nymph. pro grato sapore, D. S. Kùhlender Zulep/an statt des Biers zu trincken.

RIVERIUS egrégium commendat decoctum ex seqq.

℞. Fol. nymph. salic. vitic. ana. m. ij. lactuc. portulac. umbilic. ꝑis ana. m. j. Semin. 4. frigid. major. lactuc. papav. alb. ana. ℥℥. Contundantur omnia recentia & irrorentur succ. limon. Destillentur in M. B. ac singulis ∇æ ℥. add. Camph. ℥j. D. S. Kùhlender Trancf/davon alle Morgen zu gebrauchen.

Thef. XXXIV.

Seminis turgescencia, fermentatio hujusque ulterior proventus per semen absumentia diminuatur & compescetur v. g. Fol. salic. scord. fl. nymph. fol. vitic. rut. sem. cannab. ∇. Castitat. ∇. salic. exfillans post vulnerationem arboris, camph. hyperic. lap. prunell. Magnes, pulv. testarum. magister. hni, umbilic. ꝑis, margarit, Essent. Castitat. Dr. MICH. cui tamen *Clariss.* AMMANNUS in *Irenico suo* exiguam virtutem attribuit, dum pag. 40. inquit; Essent. Castitat. officinarum non magis operatur castitatem, quàm silices famem sedant; Castitas enim est virtus moralis, quæ nullis medicamentis, sed habitu continentia conciliatur. Nec valet hæc essentia mutare vel avertere objecta, nam objecta movent sensus & si quis ℥. integram de hac essentia sumeret, præsentè virgine delicatâ, in venerem profectò rueret. Ideò ad castitatem nihil melius est, quàm occasiones omnes ad ꝑem evitare. Quicquid etiam contradicat AMMANNUS, nihilominus tamen effectus multifarius horum remediorum per multiplicem experientiam comprobatorum contrarium attestatur. Ex supra dictis autem sequentes componuntur formulæ,

D

R. ∇

℞. ∇. Castitat. Dr.M. Unc. v. sacch. Hni ℥j. sirup. nymph.
Unc. j. M. D. S. Sonderliche kühlende Mixtur, Löffelwei-
ße zu nehmen.
Vel sequens Pulvis:

℞. Ocul. S. præparat. ʒij. Öl. ʒis ℥j. Camph. ʒj. M. F.
pulv. D. S. Sonderliches Mutter-Pulver/auf etl. mahl zu
nehmen/ auf einmahl ʒj.

Sequens apozema sæpiùs fuit comprobatum.

℞. Fl. nymph. ros. ana. m. ij. Fol. lactuc. portulac. ana.
m. iʒ. Semin. vitic. plantag. an. ʒiij. Coq. in f. q. Fontan.
Colaturæ Unc. xx. add. ∇. Cinamom. ʒvj. ∇. O.
gutt. xviii. Sirup. de nymph. Unc. ij. M. D. S. Kühlen-
der Franck/ davon des Tages drey mahl zu nehmen / auff
einmahl ein Weingläßlein voll.

RIVERIUS sequens pro arcano venditat.

℞. Fol. meliss. mundat. m. j. ∅. Unc. jv. pulv. testar. Unc.
sem. M. D. S. Mixtur, auf etlichemahl zu nehmen.

Contra omnem mentis alienationem PHILIPPUS MÜLLE-
RUS in *mysteriis suis Medicis* pag. 88. commendat pulverem te-
studinum combustarum, HÖFERUS *verò Hercul. Medic. lib. 7.*
cap. 1. de mulierum & infantum morbis margaritas & matrem-
perlarum. *Clariss. Dn. THOMAS CRAAN in praxi sua* mirifi-
cè laudat suum pulverem contra omnem maniam, cujus com-
positio erit sequens:

R. Opii gr. jv. Camph. ℥ʒ. lap. prunell. Scrup. j. Vin. ge-
neros. Unc. ʒʒ. M. D. in vitro S. Sonderliches Tränck-
lein wider das Hirn-Wüten/ auf einmahl zu nehmen.

HARTMANNUS summoperè extollit suum Electuarium,
quod præparatur ex succo melissæ hyperic. rad. vincetox. lap.
magnet. & melle, cujus dosis à ʒj. ad ʒiʒ. *Excell. D. ETTMÜL-
LERUS* decoctum salic. noviter progerminantis tanquam
præsentsissimum præ omnibus aliis commendat, quod matuti-
nò tempore jejuno ventriculo aliquoties adhibendum, quò
epoto

époto non solum impetus veneris coercetur, sed & tandem mulieres steriles redduntur. ISRAEL HÜBNERUS, *quondam Mathematicus Celebris hic Erfurti*, in mysterio sigillorum herbarum & lapidum magni æstimat suum sigillum Hni, si vinum superfundatur vel alius liquor & bibatur, tunc remedium erit contra omnes morbos lascivos & furentes.

Thef. XXXV.

Spirituum animalium motus ac furor quam primum fieri potest, coercendus, sopiendus & demulcendus per opiata ac anodyna cum cinnabarinis, inter quæ principaliora erunt Theriaca Andromachi, laudan. cydoniat. LANGELOTTI, THEOPHRASTI PARACELSI quinta essentia opii, papav. it. mandragoræ, & ius diaph. Jovialis, mixtura simplex, ♁ & ♀ fixum, Cinnabaris & nativa, quam D. LUDOVICI *Pharmacopæia pag. 345. & 346.* multorum symptomatum deletorium & polychrestum in phantasiæ vitio vocat. Hujus virtutes accuratè annotavit GODOFRED. SCHULZIUS *in scrupulo suo Cinnabarinæ*. De his medicamentis certum est, quod si anodyna cum Cinnabarinis jungantur, omne absolvant curationis punctum. SCHÖNBORNIUS *in manuali Medico fol. 203.* Theriacam & Mithridatium sæpius usurpare jubet. QUERCETANUS verò miracula quasi fecisse dicit, Tinct. fl. anagallidis phœnicæ, cujus decoctum PRÆVOTIUS aliisque multoties cum summo fructu adhibuerunt.

Thef. XXXVI.

Ubi summa delirii vehementia adest, tunc pro leniendo symptomate, totis viribus eò allaborandum, ut ægrotanti quietum somnum procuremus, quem in finem sequentes ordinandæ formulæ.

℞. Pulv. testud. combustar. gr. xv. Cinnab. nativ. ritè præparat. gr. vj. laudan. opiat. gr. ij. Ol. ♀. succin. gutt. j. M. F. pulv. D. S. Ruhe bringendes Pulver / auf einmahl zu nehmen in Seeblumen-Wasser.

D 2

Ejus-

Ejusdem efficaciz erit sequens mixtura.

R. ▽. fl. nymph. ceras. nigr. papav. erratic. cherefol. plantag. portulac. aa. Unc. j. acet. rosacei. drachm. ij. pulv. testud. combustar. drachm. j. Cinnab. nativ. Scrup. ℥. Laudan. opiat. gr. iv. sirup. de portulac. de nymph. an. drachm. iij. M.D.S. Sonderliche Ruh-bringende Mixtur, Löffelweise zu nehmen.

Vel in forma sequenti.

R. Tinct. Corall. cum succ. citr. præparat. drachm. ℥. Essent. Castor. succin. ana ℥. Tinct. anodyn. Langelotti ℥j. M.D. in vitro. S. Ruhbringende Tinctur, 40. bis 50. Tropffen zu nehmen des Tages 3. mahl in ▽ Theriacal. Thef. XXXVII.

Tandem agmen claudunt topica remedia, epithemata & unguenta somnifera, it: fomenta, cataplasmata partes genitalis refrigerantia, quæ tot Practicorum felicissimorum suffragio non levem post se reliquerunt effectum. Nec enim rationi repugnat, per ejusmodi externa adhibita unum ac humorum orgasmum & irregularem motum sensibilibiter sapius coarctari ac demulceri posse. Speciatim verò in sequenti unguento multum spei permulti Practicorum locant, si tempora hocce inungantur.

R. Ungvent. popul. Ol. papav. alb. nymph. ana. ℥. Opii Thebaic. depur. ℥. Camph. ℥j. M. D. S. Ruhebringendes Salblein / damit die Schläffe zu salben.

Sequens verò unguentum regioni renum applicandum.

R. Ol. nymph. ℥j. rut. drachm. iij. sacch. hni ℥j. M. D. S. Nieren-Salbe.

Hoc unguento inungantur renes & genitalia. Ejusdem virtutis cum hoc erit emplast. de Cicuta renibus applicatum. Suprà citatus BERTINUS linimentum ex cerato santalino & unguento refrigerante GALENI, BERTRUCIUS verò laminam plumbeam super lumbos gestatam commendat. JOH. SMITZIUS
refri-

refrigerantia supra commendata trita & tertium regioni circumposita valde laudat, Venerem enim maxime extinguere judicantur. Pertinent huc injectiones in uterum, pessus uterini, clysteres & balnea ex emollientibus, refrigerantibus & anodynis, quæ omnia reiterare, supervacaneum judicamus. Tandem non inconveniens erit remedium, immersio totius corporis in ∇ frigida, sed hæc sufficiant ex Pharmaceutico fonte.

Thef. XXXVIII.

Ultimus hic præfidiorum nostrorum fons Dissertationi nostræ Coronidem imponit, qualis verò diæta sit instituenda, haud difficile erit determinatū; possulant nimirum præscripta medicamenta respondentem diætā temperatam ad placidam in frigidationem declinantem, frustra enim præscribuntur medicamenta, si recta victus ratio non simul servetur. Hæc enim non solum ad curationem, sed quoque ad præsertionem, ne recurrat affectus multum facere ac contribuere potest. Cujus dominium consistit in sex rerum nonnaturalium legitimo usu ac regimine.

Thef. XXXIX.

Aër igitur calidus cane pejus & angue fugiendus, potius verò naturā frigidus eligatur, qui, si non possit haberi, in inferiori ædium parte, ∇ frigida alterandus, vel acceri conspersione vel floribus rosarum, foliis vitis, salicis, plantaginis, solani, lactuæ, portulacæ, betulæ quoque erigantur & pavimenta gramine & similibus conspergantur.

Thef. XL.

Victus sit tenuis nec plenus secundum illud:

Sine Cerere & Baccho friget Venus.

Juscula ergò hordeacea cum amygdalis dulc. ac semine papav. alb. præparat., pisces saxatiles, perca, lucii, ex oleribus verò asparagus, Endivia, spinachia, lactuca ac beta commendantur.

BERTRUCIUS *Bononiensis in Collectorio Medicinae Tract. 8. Sect. 3.*
 commendat gelatinas ex animalium extremitatibus coctis &
 conditis cum modico aceti & vini pontici, it: ∇ decoct. malv.
 lactuc. popul. salic. viol. cum semin. portulac. acetos. cucurbitæ,
 cucumerum, melon. &c. locô jusculi adhibeatur. Idem
 præcipit famem & jejunium in aurora. In hoc non abludit
 PHILIPPUS THEOPHRASTUS PARACELSIUS *Bombast*
von Hohenheim / utpotè qui Tract. 2. de morbis amentium nimis
 durum remedium præscribit, incarcerationem nempe post fu-
 stigationem, totalemque ab alimentis abstinentiam, vel ad sum-
 mum aquam cum pane concedit modicè tamen nec ad satieta-
 tem. Nonnulli cerebrum gallinæ commestum mirificè lau-
 dant, de quo refert GVILLELMUS GRATAROLUS de li-
 teratorum & eorum, qui Magistratum gerunt, conservandâ va-
 letudine, quod hoc aliquos, qui delirare cœperant, respisce-
 re fecerit. Vitentur è contra omnia Θ e condita & piperata.

Thef. XLI.

Potus loco decoctum hordeï ex capitibus papav. & aqua
 lactucæ cum sirup. papav. præparatum magnum usum præsta-
 bit, quod etiam serum caprillum copiosè haustum facere solet.
 Eligatur cerevisia tenuis defæcata, in qua Θ prunell. ad 3j. fue-
 rit solutum, quod quotidie fieri debet. Decoctum Theæ & Cof-
 fèe à nonnullis pro arcano habetur, arbitramur tamen . quod
 soli aquæ diluenti humores acres ista virtus potius adscribenda
 sit, cum herb. Theæ & semen Coffèe potius calefaciendi, quàm
 refrigerandi virtutem possideant. Nocet verò hic in specie Ψ
 vel frumenti quotidianus usus, de quo refert MÜLLERUS in
Scrutinio Medico curioso de natura aquæ. vini & cerevisiæ, membr. 8.
pag. 127. quod Ψ non benè utenti sit infaustus, est quippe, in-
 quit, Ol. vini seu Φ Θ bus exaltatum, quod faciliè flammam con-
 cipit, & calori nostro, seu sanguinis sulphuri ad modum lumi-
 nis nostri moderatam scintillam in ignem concitare potest, imò
 totum in cineres redigere hominem; testantibus *Haffniensibus*
L. l. anno 1672,

Thef.

Somnus fit longior, nam si in morbo aliquo prodest, ma-
ximè in hoc proderit. Hic ergò si desit, per opiata procu-
randus; vigiliæ verò superflue omni curâ arcendæ sunt, hæc e-
nim spiritus potius ad furorem concitare, quàm ad quietem
componere solent. Motus corporis sit moderatus ægrotans-
que peregrè duci debet vel vehi ad regiones longinquas, ut
varia & diversa videat, quæ spiritus aliò modò afficere iisque
alias ideas imprimere poterunt, secundum versum OVIDII:

Cum semel exierit, centum solatia curæ
Et rus & comites & via longa dabunt.

Vita verò otiosa minimè concedenda, hæc enim partim igna-
viam, partim cachecticam, humorum colluviem inducere so-
let secundum illud Poëtæ:

Tàm venus otia amat, qui finem quæris amori,
Cedit amor rebus; res age, tutus eris.

Et alius eleganter canit:

Quæritur *Ægistus* quare sit factus adulter,
in promptu causa est; desidiosus erat.

Elegantem regulam fanis ad præsertionem ab omnibus mor-
bis maximè conducibilem præscribit; HEINRICUS RANZO-
VIUS, cap. 55. de conservandâ valetudine sequentibus verbis in-
clusam: Sanus homo & qui benè valet & suæ spontis, nullis
obligare se legibus debet, hunc oportet varium habere vitæ ge-
nus, modò ruri esse, modò in urbe, sæpiusq; in agro, naviga-
re, venari, quiescere interdum, sed & frequentius se exerce-
re, siquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat, illa matu-
ram senectutem, hic longam adolescentiam reddit.

Thef.



Thef. XLIII.

Ab ira igitur maximè cavendum erit, hanc modò citat. RANZOVIVS infaniae initium vocat, & quidem non sine ratione, per experientiam siquidem constat, ex sola ira non rarò furorem ortum fuisse. Sic quoque vitentur discursus venerei de rebus obscœnis & lascivis; Si enim ægrotans amore ardeat alicujus personæ & in sua opinione perseveret, conjugatur legitimè cum Amasio, si ex legis permissione fieri potest, ita quoquè VARANDUS *de morbis mulierum lib. 1. cap. 5.* nobiscum fertit, quando dicit: Hòc morbo laborantibus extra conjugium constitutis, maturè prospiciendum est, ut Viro eòque valido jungantur, quia satiatio sic utero & evacuata materia ac effusa, quæ in vasis antea stagnabat, ac exitum frustra quærebat, nunc vero effusa, quandoquè eas sanari compertum est. Idem quoque svadet ETTMÜLLERUS *in sua praxi*, ubi inquit: Nil melius est, quàm nervosus congressus, validus, crebrius repetitus, si legitimò modò fieri possit; melius enim est hoc modo secundum DIVUM PAULUM nubere, quàm uri. Et quod aliàs Poëta de viris loquitur, id quoquè in sexu sequiori locum inveniet, quando dicit:

Ureris? Uxorem ducas, non expetit uri,

Conjugis in gremio mortificanda caro est.


Quod si verò matrimonium inire non concedatur secundum DOMINICUM LEONILUNENSEM ad ægram introducatur strabosus, rixosus, ebrius, fetentis vel mali halitus, vel claudus vel epilepticus, vel, qui lippitudine oculorum laborat, cujusque dentes rubigine & squalore obducti, hujusquè os tam graviter oleat, ut cloacæ asfilarari possit. His & similibus multi conantur ægrotantem ab incepto amore & venereis cogitationibus revocare & ad saniozem reducere mentem, id quod multoties speratum reliquit eventum.

Thef.

☉ (33.) ☉
Theſ. XLIV.

Beneficium ventris quotidie habeat agrotans, ne faeces in intestinis nimium exsiccentur, valde enim nociva est alvi adstrictio, si vero haec respondere quotidie nolit, alternis diebus clysteres humectantes & lenientes applicentur quoniam vero Maniacae se ipsas aliosque offendere solent, ligentur in lecto, non arctis quidem vinculis, ne dolor excitetur, sed laxis & mollibus; vel claudantur in cavea ex forti ligno vel ferro exstructa, ne ipsam effringere vel exilire possint. Si vero sit dives, viri robusti assideant, quorum unus semper vigilet & custodiat, a motu nimio, a prolixo sermone, & prohibeat, ne baculus aut gladius sit in cubiculo, quibus arreptis aliquod luosum scelus maniacae possit perpetrare; Juvat praeterea claudere fenestras, & quidem duplici de causa, primo, ne se projiciat vel praecipitet, secundo ne multitudo luminis ipsam magis vigilem faciat, quem in finem cubiculi luciditas nimia devitanda. Quibus medicamentis & consiliis pro re nata usurpatis, debito tempore & modo adhibitis & agrotanti & Medico praefixus & exoptatus morbi affulgebit

F I N I S.



Optime scrutare ac monstras NYMPHAM furiosam
 Quoniam hic tollendus veniat Medicamine morbus.
 Miratur NIETNERUM nunc Academia nostra
 Et vegeto ingenio pulchros promittit honores,
 Is quia sedulus & gnarvus, mox praemia surgent,
 Praemia quae tandem fundet Geranus Apollo:
 Hoc precor, ut posthac feliciter omnia flant,
 Et magis atque magis clarescant semper HONORES!

Paucis hisce Clariss. atq; Expertiss. Dn. DOCTORANDO
 congratulari voluit

JUSTUS VESTI, Med. D. P. P.
 suzq; Facult. p. t. DECANUS.

E

Prof.

Prosatus ex celebri NIETNERUS gente, [Paternum
Cujus Avum auratis jamdudum Fama quadrigis
Vexit ad Astra, suò qui clarò nomine vivus
Solis utramq; domum complevit,] stemmate tantò
Se non indignum nunc exhibet, omine faustò
Dum solers nec lassus Avi vestigia calcat,
Quò Medicò eccellente Nepos minor esse recusat:
Decursò stadiò Medicò sibi poscit honores,
Quos ipsi conferre brevi meditatur Apollo:
Jam benè de sexu tentat sequiore mereri,
Pœoniâ historicum percurians Aut furorem:
Auspiciis, precor, hæc ut fiant omnia faustis!

à l'opos.

D. Georgius Christophorus Petri ab Hartenfels/
Sacri Pal. Caf. Comes, Archiat. Elector. Mog. Consul &
Physicus Erfurtensis, Fac. Medicæ Senior, P.P. P.L.C. &c.

NOBILISSIMO & CLARISSIMO
DNO. JOHANNI GODOFREDO NIETNERO,

HALLENSI SAXONI,
Auditori suo hæcenus ut sedulo ita indefesso
Pro LICENTIA Disputanti

GRADUM MEDICINÆ SUMMUM
expetenti

Publicam ascendenti Cathedram,

Cum voto prosperrimorum successuum adclamat!

Julio 1785 P R Æ S E S.

Conscendens Cathedram NIETNERUS differit aptè,
Quòd FUROR ex NYMPHâ possit turbare quietem,
Accen-

Accendat, furiatque per intima corporis antra,
 Torreat ac consumat quæque infixæ medullis.
 Ardorem studii ARDOR comprobat hiccè FURORIS,
 Sic & AVI renovat laudes, animando Cathedram.
 Hinc quoque permagna Docturæ Insignia flagrat.
 Doctô hóc colloquio monstrat, quid maxime Curæ.
 Spondeat ut NYMPHAM Medicam jam noster Apollo;
 Nec negat, expecta, præstô est, quamquæ intimius ardes,
 Ipsa Hygiæa Tibi mox debita ferta parabit
 Laurea mox summô caput optime cinget Honore.
 Grator ego, Phœbus tantos gratatur HONORES.
 Ardeat excellens nomen post fata superstes!

AMulus est NIETNERUS Avi vestigia cujus
 Pœonia celebris cultor in arte premit.
 Ascendens cathedram, specimen feliciter artis,
 Edit dum dictæ dexteritate nova.

Hinc IPSI merito magnus gratatur Apollo,
 Cunctaque quo cedant prosperitate precor.

*Paucis his Nobilissimo atq; Clarissimo Dn. DOCTOR ANDO
 Amico suo perquam dilecto applaudere voluit*

Johann. Bernhard. Ziegler, Med. Doctor,
 Medicus Xenodochialis & Practic. Erf.

TE voluisse libros Medicorum vidit Apollo
 Pœonias artes & coluisse fatis.

Hinc nunc Ipse manu largâ Tibi præbet honores;
 Ac Egomet nactis addere vota volo.

Sit felIX Igit Vr praXIS tVa, NIetnre, fVtVra,
 Ægrils VtqVe qVeas VsqVe Dare aVXILIVM.


*Hiscè Nobilissimo atq; Clarissimo Dn. Doctor ando
 congratulari voluit*

Johann Melchior Kniphofius, D.

HActenus assidue Nympham NIETNERUS Hygeam
Ambiit, hinc ipsi ferta perampla legit.

*Ita decus Academicum egregie promeritum Nobis
lissimo Dn. Doctorando congratulari debuit*


M. Georg. Andr. Wollenhaupt / Prof. Moral.
Publ. Eccles. Regular. Pastor. & Fac. Phil.
h. t. DECANUS.



MI NIETNERE, furor quid & unde uterinus abunde
*Te docuisse Virum, litera docta docet.
Morborum ut valeas docte sedare furorem,
Cuncti medens Medicus adjuvat atque beet!*

*In certum infucata: amicitia pignus animo
gratulante apposuit*

C. F. Pfanner / J. U. Stud.



Virtutum celebrem variarum spargis odorem,
Quo recreas omnes, dignus amore, tuos.
Nam si quid Romana potest facundia lingvæ,
Et nitido profit cum Cicerone loqui,
Si chrysiptæum mentis subtilis acumen,
Si quid Galeni possit ab arte labor,
Hoc Nietnere tuum est, in te spectare licebit,
Eximias dotes pectoris ipse tenes:
Verum, plus ultra Numen tua vota secundet,
Hocce precor: vota hæc exitus ipse beet.

*Nobil. ac Clariss. Dn. Doctorando, Fautori & Amico suo inter
gerissimo hæc cum omnigena prosperitatis voto obser-
vantia ergo appanere voluit*

M. Henricus Erttingshausen,

Joseph (o) Sch...



01 A 66 06

ULB Halle
002 937 204

3



sb.

V 17







Μὴ Οὐδ' ἀρχιὰτα Τεμεγίση !

CONSENSU ET AUTORITATE AMPLISSIMI,
IN ILLUSTRIS ET PERANTIOVA ELECTORALI AD
HIERAM ACADEMIA, SENATUS ASCLEPIADÆI.

^{SUB}
PRÆSIDIO

Viri Nobilissimi, Excellentissimi atq; Experientissimi
DN. JOANNIS PHILIPPI
EYSELII,

Med. Doct. Facultatis Med. Assessor. ac Pathologiæ &
Praxeos Profess. Publ. Ordinarii, P.L.C.
Domini Patroni & Promotoris sui æternum
devenerandi

DISSERTATIONEM INAUGURALEM
De

NYMPHOMANIA

PRO
LICENTIA

*Summos in Arte Medica Honores, Insignia ac Privilegia
Doctoralia, more Majorum solenni ac legitimo capessendi
Publicæ διαταξῆς disquisitioni proponit*

JOH. GOTTFRIED NIETNER,

Hall. Sax.

IN AULA COLLEGII MAJORIS,
Ad diem (6. Octobr.) 26. Septembr. cl. lcc. XCIV.

Horis convetis.

ERFORDIÆ, Charactere KINDLEBIANO.